Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36486
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



reuerentiam accipere quae magis uicina est karitati. Nequaquam enim conuenit
55 ephesiis ut timore quid faciant. et non dilectione xpi. Mulieres uiris
suis subditae sint. sicut dnō. quoniam uir caput est mulieris. sicut et xps caput est ecclesiae.
Hoc quod in latinis exemplaribus additum est. subditae sint. in grecis codicibus
non habetur. Siquidem ad superiora referatur et subauditur. subiecti inuicem in
timore xpi. ΑΠΟΚΥΗΟΣ. resonet subiectae et mulieres uiris suis sicut
dnō. S; hoc magis in greco intellegitur. quam in latino. Quomodo itaque xpo sub
iecta est ecclesia sic subiecta sit uxor uiro suo. Quae enim habet principatum et
subiectionem xps ecclesiae. huic idem ordini maritus et uxor adstringitur.
S; uidendum ut quomodo in xpo et in ecclesia sancta coniunctio est. ita et in uiro et
in muliere sancta sit copula. Sicut autem non omnis congregatio hereticorum xpi ecclesia dici
potest. nec caput eorum xps est. sic non omne matrimonium quod non uiro suo secundum
xpi precepta coniungitur rite coniugium appellari potest. s; magis adulte
rium. alias autem subicitur uxor uiro ut dnō. quia ad ipsum conuersio eius est. et ipse
illius dominabitur. Nam et sara dnm uocabat abraham. quae spontanea seruitus
quanto magis fuerit uoluntate subiecta. tanto esse incipit coequalis. quin
immo obsequiis suis in seruitutem redigere dnantem. Quidam hunc locum
secundum ΑΝΑΤΑΙΤΗΝΙ. ita interpretantur. ut dicant uxorem in corpore uirum
accipi in animo. et sicut xpo subiecta est ecclesia. ita corpora subici debere
sensui. et in unum spm redigi si dnō fuerint copulata. Qui enim adheret dnō.
unus spus est. Ipse saluator corporis quoniam pinguior atque inferior est a substan
tia xpi natura ecclesiae. propterea eam corpus xpi estimo nominatam. cuius corpo
ris saluator est xps ihs. idem uerbum sapientia ceterae que uirtutes. in quibus
intellegitur filius dei. Quere curiosius sicubi in diuinis uoluminibus potueris
inuenire uocabulum carnis pro ecclesia positum. Siquidem nec nequaquam caro s; cor
pus xpi appellatur ecclesia. Porro manifestum quod quidquid caro est. consequenter
et corpus sit. non autem quidquid corpus hoc consequenter et caro. s; ut ecclesia sub
iecta est xpo. ita et mulieres uiris suis in omnibus. Ecclesia xpi gloriosa est. non
habens maculam neque rugam. aut quid istiusmodi. Qui igitur peccatorem et aliqua
sorde maculatus de ecclesia xpi non potest appellari. nec xpo subiectus dici.
possibile autem ut quomodo ecclesia quae prius rugam habuerat et maculam iuuen
tutem et inmundiciam postea restituta est. ita et peccator currat ad medicum.